


(4)

Ducatur nunc ab E Axi conii parallela linea ET Ab-
scindet ista linea a semidiametris circulorum partes æ-
quales semidiametro circuli minimi EO versus Axim
Coni.



Et erunt partes inter parallelam istam & trianguli
latus interceptæ, in ratione excessûs supra motum mini-
mum in EO.

Eritq; Acceleratio media in circulo cujus planum basi
coni parallelum transit per centrum ellipsoos (*Bull.* c. 16.
l. 1.)

Et excessus semidiametri istius supra semid. minimi
circuli erit æqualis distantia XM seu excentricitati.

Est autem distantia hujus, circuli ab Aphelio, 90 gra-
dum dicatur. circulus Diacentri & est Radius circuli
circumscripti seu circuli Anomalie æquatæ EX.

Est autem

$$EX \cdot RU :: EM \cdot TG \quad (\text{Bul. l. c. 21.})$$

Nempe ut se habet Radius ad excentricitatem, Ita sinus
versus distantia ab Aphelio, ad accelerationem planetæ
alicui Competentem.

Sunt autem inter E & X motûs accelerationes mediâ
minores

(5)

minores, inde verò ad K majores adeoq; illic *Ablative*
prophæses, hic *Ajective*.

Et Crescunt perpetuò usq; ad perihelium K, ubi
excessus duplus est excessûs in diacentro, & est ista Inveni-
endi excessûs supra motum minimum regula perpetua
(vel si ita loqui liceat æquationis circulorum in sensu
verborum hic indicato.)

Data igitur distantia ab Aphelio (*i.e.*) Anomalia æquata,
(Næ) atq; excentricitate, dabitur proportio accelera-
tionis supra motum minimum.

Atq; hoc totum illud est quod uspiam a *Bullialdo*
demonstratur. Cui affine est quod libro 11. Theorem. 14.
habet de rectis lineis ab umbelico ad planetas, ab Aphelio
vel perihelio, ad axem Transversum sive Diacentron
Crescentibus.

Verùm quia *Bullialdus* existimat ex concessa Anal-
ogia superiore, eadem operâ methodum inventam esse ex
data simplici excentrici Anomalia, æquationem ejusdem
inveniendi, atq; hoc, Capite 21. l. 1. Ab eo demonstra-
tum esse, nos totum istud Caput in examen vocem-
us.

CAP. II.

Examen. Capitis 21. Lib. 1.

Bullialdi.

§1. **S**ectio prima ostendit Crescere perpetuo motus
Planet arum in ellipsi ab Aphelio ad periheli-
um progrediendo, & contra a perihelio de-
crescere.

§2. Sectio secunda illud vult, Incrementa atq; di-
minutiones
K